A.2.5.

VI.

NOS FRANCISCUS II

Dei gratiâ Sacri Romani [illegible] Transylvaniæ Princeps RAKOCZY, Partium Regni Hungariæ DOMINUS, Siculorum COMES & [illegible]
PATRIÆ PRO LIBERTATE CONFOEDERATI REGNI HUNGARIÆ STATUUM & ORDINUM, nec non MUNKACSIENSIS MAKOVICZIENSISQ; DUX, Perpetu-
us Comes de Sáros, Dominus [illegible] in Sáros Patak, Tokaj, Regécz, Ecsed, Somlyo, Lednicze, Szerens, Onod. &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes quibus expedit universis. QUOD
cum Nos exercendæ in omnes fideles Nostros Principalis munificentiæ, quæ inter primas feliciter regnandi rationes transactorum tot Seculorum experientia teste meritò censetur, firmam ac constantem ha-
beamus intentionem, attentis præterea ac benignè consideratis fidelitate ac fidelibus servitiis Spectabilis ac Generosi PAULI RHEDEY de Kis RHEDE, quæ idem Avitum
Majorum et præclara suæ Familiæ erga Patriam zelum [illegible] secutus, simul ac Nos vindicandæ Patriæ libertati laborantes accepisset, præsentia quoque pericula et omnium bonorum suorum jacturam minimè veritus, damnatâ partis
Cæsareæ sequela ad Nos, fidelitatemque Nostram summa cum animi sui hilaritate se conferendo præstitit, expost quoque quibuscunque negotiis, mandatisque Nostris fidei ac dexteritati suæ commissis fidum, promptum, utilem
ac negotiis parem talemque se exhibuit, qualem optimum Patriæ filium, ac Principali Gratiâ Nostrâ dignum esse ac censeri oporteret, nihilominus imposterum quoque eodem fidelitatis genio, studiis, affectibus, servitia ac fidelitatem
Nostram pro exigentia rerum temporum ac omni sua possibilitate sine remissione continuaturum prout pollicetur, ita Nos quoque haud dubiâ spe confidimus, Honorem itaque ac dignitatem Supremi Comitis Comita-
[illegible] DOBOCENSIS in Transylvania [illegible] Spectabili ac Generoso PAULO RHEDEY de Kis RHEDE [illegible] iisdem
Juribus prærogativis ac beneficiis quibus cæteri quoque Comitatuum Regni Nostri Transylvaniæ Supremi Comites de Lege ac approbatâ consuetudine gaudent, condecorandum benignè resolvimus. Proinde Vobis Fidelibus Nostris Illustribus
Spectabilibus ac Magnificis, Generosis, nec non Egregiis et Nobilibus, universis et singulis cujuscunque status, gradus, honoris, dignitatis, officii, ac præeminentiæ Regni Nostri Transylvaniæ Partiumque eidem annexarum Ma-
gnatibus, Nobilibus, Civibus ac Inhabitatoribus, signanter verò Vice Comitibus Judicibusque Nobilium & Juratis Assessoribus, modernis nimirum et futuris, toti denique Universitati præfati Comitatus Nostri DOBOCEN-
SIS præsentium per vigorem clementer ac seriò intimandum ac committendum duximus, quatenus benignâ hac Collatione ac Commissione Nostrâ prævio modo intellectâ, præfatum Fidelem Nostrum PAULUM RHE-
DEI de Kis Rhede [illegible] pro legitimo dicti Comitatus Nostri Supremo Comite [illegible] cognoscere, debitumque honorem eidem deferre, sed et præspecificati Comitatus Officiales, totaque Universitas ejusdem Juris-
dictionis [illegible] et mandatis de Lege et consuetudine Regni approbata, ac usu receptis subesse debeant ac teneantur, debeatisque et teneamini, prout etiam de plenitudine munificentiæ, et Authoritatis Nostræ Principa-
lis benignè conferimus, condecoramus, decernimus et [illegible] Nostrarum vigore et testimonio Literarum Collationalium mediante. DATUM in Castello HOMONNA, Die decima Septima Men-
sis Augusti, ANNO Millesimo Septingentesimo SEPTIMO.



Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Regiaeq Majestatis, actualis Intimus Consiliarius, Generalis Campi-Marsch Marschallus unius Regiminis Desultoriorum Colonellus, et per Hungariam Superiorem Partium Cis-Tybiscanarum, necnon Transylvanilvaniam Generalis Commendans.

Ludovicus Joannes Rabutin Comes de Bussy.

Omnibus et singulis Excellentissimis, Illustrissimis, Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Egregiis atq Nobilibus, Prudentprudentibus item ac Circumspectis Dominis Dominis ac reliquis quorumvis Comitatuum, Sedium, ut et Civitatum et Oppidorum Officialibusialibus, ac quibuslibet in publico seu privato statu constitutis subditis optime constat, jam ab integro lustro, obstupuisse quemlibet, coeci, coecos in Hungaria et Transylvania tumultuantium simul et rebellantium ausus, mirariq etiamnum temerariam eorundem in ejusmodi ejusmodi ansibus continuandis audaciam, quae si pro merito castiganda foret, omnimoda et Personarum et bonorum exterminatio justitiae vix sufficeret, attamen, ut tam universo Orbi, quam ipsis etiam Rebellibus ad eorum ruborem palam fiat, Domui Domui Austriacae non ita acquisitam, quam potius innatam esse Clementiam, voluit Imperator Augustissimus Dominus Illorum legum legitimus, ut posthabitam tanto tempore, quo insani in propria viscera saevierunt patientiam, facta modo innata Clementia rigori rigori praeponderet, quem in finem me cum copioso milite germano et pedestri et equestri, cum omni necessario apparatu bellico in Transylvaniam expedivit, ad cujus Confinia etiam Danubio et Tybisco sine ulla jactura trajecto feliciter penetravi, portandertando volentibus veniam, et anteactorum amnistiam recalcitrantibus vero et in devotionem debitam reverti renitentibus flam flammas, caedes et totale excidium, sine discretione sexus, aetatis, vel conditionis, illis machinando omnem extremam persecutionecutionem, illis autem procurando omnem desideratam protectionem. Penes quemvis stat optio, quoniam adhuc habet aquam et igni et ignem in manibus, qui sana sentit, sibi, suisq consulet, et justam vindictam potius praevenire, quam provocare sciet. Da Datum ex Castris Caesareis ad Gellyei positis, die vigesima quarta Maji 1704.

Rabutin

P. S. Praeterea Universis Pagis Cernezones Suot transf[illegible] fugas ubique incaptivandos injunxisse subintelligens, ego e contra sub poena ignis et ferri praesentibus serio demando, ut hujusmodi transfugas Nationales subito liberos dimittant, Germanos vero ad me adducant. Kleppenfell nfell

esset, sed ex adverso majora sumere incrementa, non in re pecuniaria duntaxat, cujus inopia extra quæstionem posita est, sed in aliis multis deficere, & hinc servitium quoque Vestræ Mattis pati necesse erit.

Humillime igitur coram Augusto Vestræ Mattis Throno provoluti desuper supplicamus, quatenus Paterna misericordia attentis afflictæ suæ Provinciæ miserijs & præsentium simul ac ingruentium calamitatum circumstantijs dignetur Vestra Mattas Sacratissima futuræ Hybernæ rationes ita viribus Provinciæ attemperare, ne sub his, quibus laborat, calamitatibus fatiscat, & desolata extremius adhuc subvertatur, ac vel maxime quod ad rem pecuniariam, quæ penitus deficit, præstitu[illegible] impracticabilis est, clementer parcere, in naturalibus, quamdiu suppetunt, promptissimo servitio Vræ Mattis nullam operam deesse, ac supra vires quoque mandatis Vræ Majestatis satisfacere, obsequium gloria nobis erit; Quæ per nunc dum humillimam nostram substantiam ad pedes Vestræ Mattis supplices deponimus, & uberem Cæsareo-Regiam commiserationem ambulantes speramus, simul eidem florens perenne & pacatum Imperium precamur, usque ad extremam sanguinis guttam perseveraturi.

Sacratissimæ Mattis Vræ

Humillimi & obligatissimi subditi
& servi
Regium Transilvaniæ Gubernium.

ERDÉLYI NEMZETI MÚZEUM
Gr. MIKÓ IMRE
LEVÉLTÁRA

necessarij sufficere valebunt, Satis, pro ipsis quod facis, erit, Servitijs vero praestandis & Contributionibus pendendis reddimur, absque omni exceptione inhabiles, unde similium quoque contingenti vel quieta semper aliquid oneribus Provinciae accedit.

Et quia illa, quae supra diximus Ratio Status, Belli, & hinc sancta Necessitas Legis imperiibus nobis impositae clus sunt,

Non eo fine vero haec compendiose memoramus, ut conquerentium partes agamus, et propterea quoque nullam facimus mentionem circa Inclytam Militiam eorum, quae non occasione servitiorum, in quartiriis, Alarsibus & Commendatis partibus contingere solent, ut sunt: omnium fere Dominorum Officialium gravitae intertentiones, porcionum in naturalibus non susceptarum aut non necessariarum pecuniaria exactiones, multae executionum taxae, intolerabiles spoliationes & caetera id genus alia, quorum refricationem plus obfuturam, quam profuturam experientia docuit, sed demisse tantum in summa re cogimur, servitia Provinciae aestate aeque ac hyeme sine intermissione continuari, & praeterea eandem extrinsecus quoque ab Hoste inquietari & vexari, ut pariter deploramus hic miserrimum Status in sinum Clementiae Caesareae benignissime suscipiendum, oneraque, quae bajulanda sunt, ad Impotenter viribus suis, nam si ea, quae ex praeteritorum Annorum praxi et collatione incumbere videntur, aliunde per subsidiariam provisionem non imminuuntur vel alleviantur, sine omni dubio fatiscere debebit, cum nisi certa lues per Divinam Clementiam cesset

Sunt quidem haec, quae plurimum ~~afficiunt~~ faciunt, quo minus
possit a populo provideri de iis, quae ad futuras
Hybernorum supportationem singulisque vicum con-
ferent, sed quibus tamen velut accessoriis ali-
unde etiam aut remedia, aut facilitationes po-
ni possent, verum sunt mala, quae haec non
tam augere quam superare, futuraque onera
partibus duriora reddere videntur.

Unum est, imminens Caristia; Primo enim siccitas
incrementum segetum & graminis impedivit.
Deinde per Regiminum Stativa, prata (quod
necessitas & subsistendi ratio indispensabiliter
postulabat) magnam partem depasta sunt,
& in pratis per hoc, in campestribus vero per
siccitatem conficiendi foeni copia praescissa
est. Ex messe parva consolatio speratur, prae-
terquam enim, quod grandines damna nota-
bilia intulerint, etiam, majori ex parte non
tantum culmos ussit rubigo, sed ipsum granum
vitiavit, adeo, ut in locis intensiori aestui
obnoxiis, semen vix redimeret, granumque,
si quid proveniat, non satis pani aptum credatur
furfurisque magis quam farinae copiam redoleat.

Alterum est Contagiosa lues, quae Schesspurgi orta, jam
ad ripas Kükölli & Marusij, ac in Sedem quo-
que Udvarhely pullulavit, multosque mortalium sedi-
bus abstersit et utinam Vindex peccatorum
nostrorum Nemesis hic sisteret gradum, neque
circumiret totam Provinciae compagem! sed
ex incremento contrariorum minitatur, nume-
rumque populi imminuere videtur. Pagi quoque
praeterea, ubi castra figuntur, ita exhauri-
untur, ut si ad mendicitatem redacti quotidiano
victui

NEMZETI MÚZEUM
MIKÓ IMRE
LEVÉLTÁRA

possessia, ut sunt; præter impositam Tritici, Avenæ
& Foeni Quottam,

1 Variæ Annonæ transportationes.

2 Vecturæ in Castris necessariæ; vel pro facilitatione Castrensium Stationum Currus pro lignis graminibus, & alijs requisitis comportandis accomodati.

3 Marsdunum promotiones.

4. In locis præsertim Equitibus firmatis multæ Communium pro graminum & lignorum vectura distractiones.

5. Variæ Civitatum & Arcium ædificationes, fossarum, tricibi, vel munitionum novæ erectiones, et circa easdem necessariæ non continuum vecturæ, operarij, sed materialia, mechanicorumque pecuniaria exsolutio.

Non desunt aliæ quoque calamitates ab exercitu, tam licet in Campo manderent Copiæ, hinc inde pro excubiis agendis & tuendis etiam Provinciæ visceribus dispositi sunt Commendati, latrocinia tamen præcaveri aut arceri non potuerunt, non tantum á Confiniis sed etiam ab ipsis Provinciæ visceribus, quia Nobilium cædes, captivitates, Offi[illegible] multorum & privatorum pinguiores taxationes secum traxerunt, multa loca latronibus incurrentibus & vexantibus, ac usque hodie non cessantibus & oeconomiæ circuitum, aliasque per populi ad varia servitia di[illegible] ctiones jejune tractatum nunc terri[illegible] nunc infestantibus.

2. De Systematibus Militiae perceptionibus et Provinciae
administrationibus [illegible] Compertum in-
eundem, qui antequam [illegible] fuisset, bona
spe animum animus habebat, etiam varias
excessus [illegible], sed [illegible]
vel alio colore exactiones et perceptiones
in Computum venire, sed experientia bo-
nam spem elusit, nam tantum abest, ut
similia in Computum venissent, quod potius
scripta ipsa [illegible] dispositione, [illegible]
Provinciae Bellico Auditori facta [illegible]
[illegible] illud [illegible] in Computum assumere [illegible]
[illegible], quod Inclyta Militia habuit, pendet [illegible]
[illegible], velut [illegible] ingratiam [illegible]
Ex hinc, dum Systema [illegible] Computum
Epilogus hic tantum solet esse, Quod praestan-
potuit Provincia praestitit, et porro quoque quod
praestare poterit praestabit, in medio relinqui-
tur ex parte Provinciae, utrum non sedulus
esset abstinere computum, quam in hoc peri-
culoso tempore disgratiam [illegible] praesertim
Officialium incurrere, et dum substantia
Provinciae deficit, nec tamen praetensionibus
Militaribus satisfit, Computum velut ul-
teriorum erga Aerarium praetensionum me-
dium usurpare?

3 Quod ad Aestivorum praxim: Regiminibus hinc inde cam-
pos petentibus, sub aliis belli populus vaca-
bat oeconomiae, nec distrahebatur ad varia.
Nunc vero, si contributiones excipiantur, desuper
majora incumbunt Servitia et Onera, quam
ipsi Systemati, aut si non majora, saltem aequi-
pollentia.

1708.

Sacra Caesarea Regiaque Majestas

Domine Domine Clementissime Benignissime!

Non tam praesentium molestiarum & malorum, quibus afflicta haec Provincia per tantum temporis spatium debilabunda colluctatur, ratio, vel querulantis lamentandi pruritus, cujus suspicione adeo jam notati venimus, ut aliquando vel ipsa utilia, aut fortasse etiam necessaria taceri debeant, quam futuri cogitatio et cura exigit, sequentia apud Vestrae Majestatis judicio simul & Paternae pietati benignissime considerandarepraesentare. Et primo quidem,

Quod ad exantlatarum proximorum Annorum reflexionem: observatu necessarium est, quod ab Inclyta Militia in sui excontentationem id quod per varias Militares executionum om-gravationes exigi poterat, exactum est; ubi aliud accipiendum non suppetebat, greges pecorum capitale plebis abigebantur, partim in portionum defalcationem, partim in executionalis taxae contentationem leviori pretio accepti; Quia incalescente Marte, statu temporis suadebat, cessandum esse ab hy-bernalibus exactionibus, et remittendas esse executiones, siquidem & Populus de Pagis multis in locis sublevatus videbatur, & belles, an praedones potius dicendi, hinc praesertim in Montibus & Sylvis coepere errare, ac latrocinia & praedas agere; aliter fieri non putabatur, satisfactio, nisi per abactionem pecorum sup[…]

1708.

Sacra Caesarea Regiaque Maiestas

Domine Domine Clementissime Benignissime!

Non tam praeteritarum molestiarum et malorum, quibus afflicta haec Provincia per tantum temporis spatium debilitanda colluctatur, ratio, vel querulandi lamentandi pruritus, cujus suspicione adeo jam notati venimus, ut aliquando vel ipsa utilia, aut fortasse etiam necessaria taceri debent, quam futuri cogitatio et cura exigit, ut Regentia alter Vestrae Maiestatis judicio simul et Paternae pietati benignissime considerandae repraesentare. Et primo quidem,

Quod ad exantlatarum proximarum Militarium reflexionem, observatu necessarium est, quod ab Inclyta Militia in hujus exantlationem id quod per varias Militares executionum angariationes exigi poterat, exactum est. Ubi aliud accipiendum non supererat, greges pecorum capitale plebis abigebantur, partim in portionum defalcationem, partim in executionalis taxae contentationem levi pretio accepti; Quia incalescente Aëre, status temporis suadebat, cessandum esse ab hybernalibus exactionibus, et remittendas esse executiones, siquidem et Populus de Pagis multis in locis diffugiens videbatur, et hostes, an praedones potius dicendi, hinc praesertim in Montibus et Sylvis coepere errare, ac latrocinia et praedas agere; aliter fieri non putabatur „[illegible] pro propria" satisfactionem exactio, nisi per abactionem pecorum hyp...

1.

ERDÉLYI NEMZETI MÚZEUM
Gr. MIKÓ IMRE

4. Martij 1708. Puncta Excellmo
Generali Kirchpaum ~~[illegible]~~
remonstrata.

Et haec sunt, quae coram Vrâ Excell[enti]a sub Spe gratiosi Ejusdem patrocinij compendiose repraesentare necessitati sumus, et Nos soliti ejusdem favoribus commendantes manemus.

Excell[entiae] Vrae

obligatiss[imi] serv[i]

Regium Transil[vaniae] Gub[ernium]

Cibinij 4. Mar[tii] 1708.

E. M. ...KENZETI MÚZEUM
Gr. MIKÓ IMRE
LEVÉLTÁRA

nobis ipsis non blandiamur, non tantum afflictionem & devastationem non mererentur, sed insuper protectionem & consolationem nobis conciliare deberent, & nec speramus Vram Excellentiam propter nostram Provinciae impossibilitatem et insufficientiam eo condescensuram; nihilominus si Nostra Bona in illo essent Statu, ut Inclytae Militiae praetensa Satisfactio ex illis extorqueri posset, certe ubi vitam & Sanguinem devotioni Suae Mattis Sacrificare non dubitavimus de bonis nostris alias etiam per Inimicum jam usque ad desolationem fatigatis minus erimus Solliciti, tantummodo per eversionem & licentiae Militaris dicationem bonorum Nrorum fiat Satisfactio, Inclytae Militiae, & Succedat conservatio assiduitati Provinciae, ad quod pro ulteriori Augustissimi Servitio, & non ad particularia nostra intendimus.

Quod ad labram & pro oneribus fatiscentem Provinciam; Nos non videmus rationem, quare illa propterea ad Sui etiam uberius licentiae & expilationi Militari exponatur. quum ea quaecunque ad Inclytae sustentationem Inclytae Militiae necessaria sunt, disponuntur & Assignantur, & ratione illorum exigendi & procedendi tandem modus meliorari, ac plurimi abusus ipsi Servitio Suae Mattis maxime & semper nocivi, tolli desiderantur.

ad integrā Provinciam, Subintellectis illis quoque Comitibus et Sedibus ab Inclyta Militia propter incursiones hostiles pro acceptabilibus non judicatis. Vini pretio verò praestando ipsamet Vrā Excellā experitur Provinciam non sufficere.

Si verò nostri praegnatissimis ratiōnibus rejecti, quod tamen non speramus, Vrā Excellā porro quoque omnino tantum inhaerebit ulteriori Carnis et vini praetensioni; in hoc casu cogimur ad Augustā Aulam recurrere, et inhabilitatem ac enervatiōnem hujus Provinciae, damnumque Suae Maĳtti exinde propendens humillime repraesentare;

Quod dum Vrā quoque Excellā apprimè gravamesse se ingenuè confiteatur, Sollicitamus gratiosū Ejusdem patrocinium, quatenus hac in parte et Servitio Suae Maĳttis, et Militiae comodiori contentatiōni, et Provinciae consolatiōni pro alta Sua prudentia consulere, precesque nostras efficaci Sua interpositione secundare dignetur.

Relatum est etiam per antedictum Dnum Rosenczvejg nomine Vrā Excellae, Eandem denunciasse nobis, et nisi desideratas pro dictis tribus Mensibus Repartitiones ac Assignatiōnes effectivè expedire maturaverimus, resolvisse, ut Militia habeat licentiam primum super Nrā bona, et deinde etiam super Provinciā.

Excellentissime Dne Luculenti Nrā devotio et continua fidelia Servitia; etiamsi

ERDÉLYI NEMZETI MÚZEUM Gr. MIKÓ IMRE LEVÉLTÁRA

millibus constans executionum taxa, quæ nec
in alleviationem oneris Provinciæ computanda
venit, nec Suæ Matti nec Militiæ in Com-
muni quicquam, sed particularibus ~~tantum~~ duntaxat
executoribus prodest, ac populum tantum
perdere apta nata est. Hæc ~~[illegible]~~ per ergos tantum
dicta sunto. Petimus ergo judicandum
Vræ Excellæ proponimus, quomodo pecu-
nia ad afflictam et omnibus evacuatam
sane Provinciam repartienda sit, quæ
jam prius impositam quoque solvere non
valet, si in hoc nos consentiremus, non
esset, qui nos ipsos Provinciæ desolationis
reos non ageret, nam quam impossibilitatem
Provinciæ non sufficienti imponere esset
tantum ad desperationem et fugam data
operâ et ex proposito compellere, et Provin-
ciam solummodo pessundandam ulteriori
servitio per hujusmodi proceduras subtra-
here; Pace ergo Vræ Excellæ liceat expe-
ctoratum esse, quod nos nec rationes, nec
modum penetrare possimus, quare
Provinciam satis enervatam per vim
pretium ejusque impositionem evertamus,
cum Suæ Matti non desint et nec deerunt
via ac modi id Inclytæ Militiæ aliunde
supplendi.

Ex præmissis ergo planum erit Vræ Excellæ
nostrum obsequenti studium, et quod ad omnia
possibilia promptitudo; Credimus et
servitio Suæ Matti et Inclytæ Militiæ
Intertentioni satis provisum iri, quod
in nobis est; si de tritico Avena et foeno
pro duobus Mensibus, de Carne pro uno
Mense fiet Repartitio et Assignatio, eaque

faciendae sunt fundamenta Oeconomica, non tantum Vernalis Oeconomia interiret sed nec Autumnalis procederet, nam gravia pro Autumno eranti Commoditas praescinderetz ipsam Autumnalem Oeconomiam interempturi, sicq. non tantum Provincia, sed Inclyta Militia futura subsistendi commoditas impedimento non careret.

Haec inquam et similia multum nos deterrent, & sollicitos reddunt, quo pacto ~~[illegible]~~ aliter a Sua Mtte resolutum pecora in Provincia conservandi studium non reddatur irritum; et quo pacto deinceps quoque praestandi Servitii, si non in antiquo Statu, saltem tolerabiliter maneat capax Provincia. Interim, licet ex praemissis ac alia uberiori nostra Remonstratione perspectum sit, Inclytae Militiae hac in parte non esse tam ingentem necessitatem, quae tolerari vel dispensari nequiret, nihilominus pro meliori subsistendi & conveniendi ratione ad gratiosam Vrae Excellae Intimationem etiam de carne pro Martio Dispositio emanabit, sub illa spe, quod Vra quoque Excella abusus in perceptione pecorum cum publici damno practicari solitos et nullatenus hactenus correctos effective corrigere dignabitur.

et vel deferuntur

ERDÉLYI NEMZETI MÚZEUM
Gr. MIKÓ IMRE
LEVÉLTÁRA

Quod ad vini pretium; Illud per triplicatum aequivalenti vel fortius pretio valorem pro tribus Mensibus assignatum si perciperetz, sine dubio, uti jam remonstravimus, adaequabit si non superabit sex Menses; Insuper quantam summam importabit ex plurimis

& pretium quoq[ue] nimis intensum sit, adeo ut Cent. Car. per 4. 5. 6. vel etiam amplius florenis exactus fuisse demonstrari possit; Carne alias in Transilvania prae Caeteris nullibi carius, quam uno, vel uno & dimidio cruciferô per libram veniente; Sed etiam, quod Nil inde pro naturalium et vini pretio exceptionum taxa & similibus praetensionibus plurimi boves & pecora in 4. et 5. florenis, vel etiam viliori pretio, ne dicam 40. cruciferis, accipi debuerint, pelle plus valente, quam pretium in quod acceptatum a populo perire saepe solet. Non est contemnendum illud etiam, quod in pecoribus ex rebellium bonis congestum est, Provinciae in nullam alleviationem cedens.

Non mirentur ideoq[ue] V[est]ra Excell[enti]a si haec et similia nos retardant; praesertim dum speculatio occurrit, quod si juxta desiderium Inclytae Militiae caro pro tribus Mensibus assignanda, ea totum pecus Provinciae, jam per tres Menses maxime & incredibili modo imminutum consumeret. —

Ubi vero pecora sic deficient, duo statim praesentissima sunt, incommoda, consideratu necessaria.

Primo, non erit unde habeant vecturae publicae necessitati inservientes, quomodo in Campaniam, vel eo quo necessitas postulabit, Annonam Miles ducet, quomodo infinita alia occurrentia enumeratione impossibilia servitia praestabuntur, pro ratione Militiae aeque vel magis quam Provinciae necessaria.

Secundo Cessare deberet vernalis Oeconomiae status, imo vero, quod tum sic primo Regel

pro hoc Anno habuimus, sicut alias
semper fixum Mandatum accipere
solebamus, tamen nunc ex consideratione
publici boni pro tribus Mensibus di-
spositionem ~~facere~~ nihil morati sumus,
nunc
itaque quoniam Vestra Excellentia componendae
Repartitioni inhaeret, et nos quoque ad
omne, quicquid facto necessarium et
utile saltem imaginari potest,
promptissimi et faciles sumus, etiam
absque mandato Suae Maiestatis illud
quod pro Militia ~~[illegible]~~ intertentione neces-
sarium prorsus et inevitabile est,
nempe triticum, Avenam, et foenum
pro duobus Mensibus Martio et Aprili,
facta per integram Provinciam
Repartitione disponimus et pro
Martio Assignationes extradari cura-
bimus, retentis interea Assigna-
tionibus pro Aprili competen-
tibus.
Quod ad carnem: perceptio carnis quidem
pro tribus Mensibus facta esti
remonstravimus facile impor-
tabilis ipsos sex Menses, non
tantum ex eo, quod bis praestan-
tissimus, ducentas et trecentas libras
importans pro uno centenario
tantum Carnis acceptatus,

Qualis enim potest sperari Computus, dum ex Officialibus et Cosseriis alii mactati, alii intercepti sunt, et cum bellicibus Instrumentis a nobis deperierint, Magna pars Provinciæ adstrans, maximè ea, quæ in gbri, ad Intertentionem Inclytæ Militiæ conurrere debuit, ab Inimicis actu occupata possidetur, reliqua ~~pars~~ propter intolerabilia onera, executionum incommoditates et vexas, ne dicamus torturas, jam fugere cœpit & incalescente äere stare tanto minus credenda sit. Absentibus exactoribus quomodo possent perceptiones liquidari; Sine dubio consequentia talismodi Computus nulla alia potest sperari, nisi, quod antiquum ea quæ ex Provincia percepta sunt, liquidari propter hujusmodi impedimenta nequeant, [illegible] adhuc aut ex Provincia, aut ex Aerario Suæ Mattis etiamnum prætendentia bonificanda.

Alias etiam quis mortalium valeret innumerabiles inordinatas exactiones ad Computum reducere; Exemplum est tertium Sybermium, ubi dum duplicatæ ~~liquidissimæ perceptiones~~ perceptiones, & variæ exactiones per ipsas quietantias aut alio modo potuissent liquidari, ne proponendi quidem libertas in Computu del Cossariatu fuit admissa. His tamen relictis, quamvis nos nullum Mandatum, vel minimum quidem Scriptum de ordine et modo Inclytam Militiam intertenendi

Co quiss[illegible]

cum Inclyta Militia prætensa contentatione connecti potuisse, jam hactenus nihil morati fuissemus, pro nostri officii obligatione Mandat Vrã Excellentiæ in effectum deduxisse; Sed uti Vrã Excell[enti]a uberius remonstravimus, certissimum est, Inclytam Militiam ex, vel cum Trannia facultatibus ratione trium residuorum prætensorum Mensium contentari non posse, et tamen Provinciam funditus cum jactura ulterioris Servitii Suæ Mattis eversum iri; Quare iter duo Sæc extrema demisse coram Vrã Excell[enti]a in memoriam revocare cogimur: Ante decos quoque Annos pro tribus Mensibus ad Intimationem Vrã Excell[enti]æ, licet nos aliud sensissemus, factam fuisse Repartitionem, quæ tamen postquam Status Tranniæ Augustæ Aulæ uberius cognitus fuit, clementer relaxata est, nihilominus irrito eventu, nam per exceptas Assignationes Inclyta Militia, quicquid accipere potuit, accepit, Ea quæ sunt vero percepta, in Computum venire non potuerunt, aut per Officialium & Quietantionalium ac aliorum Instrumentorum interceptionem, aut per populi adstrantis occupationem. — Unde constabit, ex eo quoque ~~[illegible] quoque vero~~, quod Vrã Excell[enti]a per Computum rectificationem rectificandorum promittat alleviationem ~~[illegible] nullam [illegible]~~ vel consolationem palpabiliter nullam fieri

Die 4. Martij 1708.

Excellentissime Domine
Dne Nobis Colendissime Gratiosissime!

Quamvis ad Nostram Remonstrationem Vestræ Excellentiæ de Statu Provinciæ per superiores Annos calamitates et diversas excedenti proceduras, ad extremam ferè desolationem redacto, ad præstanda desiderata Inclytæ Militiæ pretensionem pro tribus Mensibus 9bri 1707. et Mart. ac April. 1708 competentem concernentia, plane inhabili; cum demissa obsequij reverentia porrectam, nullam obtinere potuimus aliam Resolutionem; quam quod Vestra Excellentia in sacrea trium Mensium componendæ Repartitioni; ac extradandis de omnibus necessario exinde subsequentibus Assignationibus; Iterato quidem nunciavimus per Dnum Commissariatus Bellici Directorem Rosentzweig. Sed tamen adhuc nostram Instantiam coram Vestra Excellentia cogimur deponere: Nobis non minus cordi est Servitium Suæ Majestatis et Inclytæ quoque Militiæ per omnes vias et modos possibiles pretensa contentatio, quam ipsa Provincia in ultimam ferè catastrophen recidentis saltem aliquali pro futuro Conservatio; Et si finis et practicabilitas conservationem Provinciæ

/.

ERDÉLYI NEMZETI MÚZEUM
Gr. MIKÓ IMRE
LEVÉLTÁRA

Repraesentatio difficultatum, ab Excelso Gubernio, Exc(ellentissi)mo Generali Rabutin, praesentata.
A(nn)o 1708.
Cibinij 28 Februar:

a plebe fieri coactum est, posthac similiter
multi miserorum Incolarum, qui Gratiae
suae Sacr Caesareae Mattis confisi, aufugientibus
reliquis, permanserunt, cum lacrymis et suspiriis
declarare coguntur, satius fuisse, vel cum
dispendio vitae et facultatum omnium Patria
excessisse, quam tot vexationibus atq; crucia-
tibus perpessis, nihilominus omnem suam sub-
stantiam amittere, et solvendis tamen Contri-
butionibus imparem esse. Neq; minus certum
est, paratam esse plebem, omnem suam rem ser-
vitio Suae Majestatis consecrare, modo susten-
tandae ad messem usq; vitae tantillum ipsi
relinqueretur, et corporibus torquendis atq; va-
ria arte mortificandis abstineretur.

Quibus omnibus in finem ~~Vestrae~~ Excellentiae
Vestrae expositis, atq; conscientiose officii ra-
tione declaratis, Eandem Excellentiam Vestram
per viscera misericordiae Dei rogatam volumus,
ut Lamenta precesq; nostras affectu Christiano
paternoq; interpreto considerare, impossibili-
tatis justam rationem habere, deniq; nos
atq; miseram hujusdem Patriae plebem gra-
tiose consolari dignetur.

ERDÉLYI MÚZEUM Gr. MIKÓ IMRE LEVÉLTÁRA

